

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Coniugium ad  
cum fontibus primis

Nulla tam bona est uxor  
in qua non inuenias quod conqueraris.

Nulla tam bona est uxor,  
in qua non invenias quod queraris.  
*Idem* (Zenon)

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis philosophorum*,  
17.2 (E. Woelflin ed., p.26, l.12).

Sicut nichil superius benigna coniuge,  
ita nichil infesta muliere crudelius.  
Quanto enim sapiens uitam suam pro uiri salute  
opponit, tanto maligna  
ad mariti mortem etiam uitam suam reputat. Nichil  
ergo muliere molestius que quantum in re coniunctior,  
tantum disiunctior morum dulcedine  
aut felle malicie.

Sicut nihil benigna superius coniuge,  
ita nihil infesta crudelius muliere.  
Quanto enim sapiens pro uiri [sui] salute suam  
opponit animam pigneri, tanto maligna  
ad mariti mortem etiam suam uitam reputat nihil;  
ergo coniunx quantum iure coniunctior,  
tantum est aut morum dulcedine mellea  
aut felle malitiae toxicata,  
est quippe aut perpetuale refugium  
aut perenne tormentum.

Fulgentius Mythographus, *Mythologiarum libri tres*,  
1.22 (R. Helm ed., pp.33-4, ll.21-23, 1-4).

Mulier speciosa templum est  
aedificatum super cloacam.

Dyogenes philosophus.

Mulier speciosa templum est  
aedificatum super cloacam.  
*Pythagoras dix[it]*

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis philosophorum*,  
17.4 (E. Woelflin ed., p.26, l.14).